Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cum. Et cum extenderitis manus uras. auertam oculos meos a uobis. & cum multi
plicaueritis orationem non exaudiam. manus enim uere sanguine plene sunt. Ita
cadendo. quales facti sunt. Ait. Effiam ipse in populis commiscebat. Effiam omnis ille
dicit. qui recessit a domo dauid. magis autem ille populus quia crucifixerit xpm filium dei.
quia uetacit sic faciendo recessit a domo dauid. Sed & de hac. et de illa recessi
one iam supra dixim. quia hec illius similis est. immo cepta recessio. hic consummata
est. Ergo effiam id est omnis carnalis israel. et carnalis iudaisin. apud quem non est dauid.
neque semen eius xpc. in populis commiscebat & commiscet. id est inter gentes reputat.
Nam contra israel uerus. inter gentes non reputat. sed habitat solus iuxta illud.
Populus solus habitabit. & inter gentes non reputabitur. Ita. & moyses benedicendo loquit.
habitabit israel confidenter. et solus. hic israel ses. et mundus est. Is autem. qui note
effiam in presenti loco denotat immundus est & sordid. in populis commiscetur. hoc
et sequitur. Effiam factus est subcinerici. qui non reuersatur. Quod idem est. acsi
dicat. Inuidie flammis. & quasi incibano decoctus. subcinere peccator
suorum permitit. & ad penitentiam non conuertitur. Nam sicut panis subcinerici
a cinere non emundatur. non reuiscitur. ita iudaicus populus. quia ut sepe iam dictum est. uera
citer recessit a domo dauid. atque idcco nomine effiam propheticum deno
tat. a peccatis suis non liberatur. quia ad fidem xi non conuertitur. Itaque in populis commiscet.
populoque nomimb quib commiscet & similis factus est uere censet. iuxta illud.
pater tuus amorreus. & mater tua cethea. Hec u tantum in populis commiscet. ue
rum etiam in malis mentis preferit. exempli gratia. cum dns dicit. Viri ninuite
surgent in iudicio cum generatione ista. & condempnabunt eam. quia pen
tentiam egerunt ad predicationem ionae. Et ecce plusquam ionas hic. et his similia.
Diligenter uerba prophetae ueritatis prosequamur. quib: iste effiam uehementer culpat.
Comederunt alienigenae robur eius. & ipse nescuit. Sed & cum effusi sunt in eo. & ipse
ignorauit. Vere manifestum est. quia comederunt alienigenae robur eius. id est abstulerunt
omnem dignitatem regalem siue principalem. qua olim tanquam in iuuentute sua robo
rabatur. Ecce enim hodie non est illi rex neque princeps. aut dux. & ipse inquit nes
ciuit. Quid nesciuit. Humanum illud quod non nescire sed magnopere scire debuit. quia
non prius comederunt. non prius omnino deuoraretur. tale illud robur eius. donec
uenirent uerum robur. et uere princeps fortitudinis xpc. Sic enim patriarcha
iacob fuerat locutus. Non auferet ceptrum de iuda. et dux de femore eius.
Non uenat qui mittendus est. Quo tempore uenit ille. quem uenisse credimus.
natum extrema urgimur. quem negauit iste effiam. factum esse istud. alienigenae. scilicet
gentiles romam. comederunt robur eius. id est regnum eius ablatum tradiderunt